

971 luglio, Rialto

Recandosi i messi bizantini a Venezia per indagare sul legno da costruzione per le navi e sulle armi che le imbarcazioni venete trasportavano presso i Saraceni, il duca Petrus <IV, Candianus>, suo figlio Vitalis <III Candianus> patriarca <di Grado>, Marinus vescovo della chiesa di Olivolo/Castello e gli altri vescovi della provincia si riuniscono in consiglio alla presenza di gran parte del popolo, ovvero dei *maiores*, dei *mediocres* e dei *minores*, che promettono al duca di non vendere o donare mai più nei territori dei Saraceni né armi né legname, se non quello del tipo e della misura stabiliti. Il duca rilascia quindi licenza agli uomini di tre navi, già allestite e pronte per salpare, due verso Megadia e una verso Tripoli, di trasportare assi e suppellettili, ma non il legname summenzionato.

Copia semplice cartacea del principio del XVI secolo, da copia semplice del XIV-XV secolo in Venezia, Archivio di Stato, Secreta, Codice Trevisano, carta 81r-82r. [C]

CE II.49

Edizione: Cessi 1942.

In nomine Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Imperante domino Ioanne, magno imperatore, anno autem imperii eius secundo, mense iulio, indictione quarta decima. Rivoalto. Cum denique per hanc predictam indictionem imperiales missi ab Iohanne, Vassilio et Constantino, sanctissimis imperatoribus, ad nos fuissent directi, inquirentes¹ de lignamine vel armis, quae nostrae naves in Saracenorum terras portabant, et terribiliter minantes per gloriosissimi imperatoris verbum, ut, si de tali lignamine barbaris adiutorium preberent, quae ad dignitatem^a imperii et christianum populum fuissent, naves cum hominibus et superius quod invenirent, igne cremare facerent, tunc quadam die residente domino Petro, excellentissimo duce, seniore nostro,² una cum Vitale, sanctissimo patriarcha, filio suo,³ nec non et Marino, reverentissimo olivolensis ecclesiae episcopo, et cum reliquis sue provinciae episcopis, astante in eorum presentia magna parte populi, maiores videlicet, mediocres et minores, coeperunt consilium agere, qualiter vel quomodo deinceps iram imperatoris placare potuissent, et ab hac [...] ^b mala consuetudo peccandi recederet. Et quia magnum certissime esse peccatum scimus tale adiutorium paganae genti praebere, quod cum eo vel superare vel nocere valeat christianos, tunc divina misericordia inspirante omnes pariter pertractavimus et confirmavimus atque per hoc^c vinculum promissionis promittimus⁴ cum nostris heredibus vobis domino Petro, eminentissimo duci, seniore nostro, et vestris successoribus, ut a modo in antea nullus audeat arma in Saracenorum terras⁵ ad venundandum vel donandum portare aut lignamen ad naves faciendum, quae ad damnitatem possent esse populo christiano, non loricas, non clypeos, non spatulas vel lanceas, neque alia arma, cum qua percutere possint christianos, nisi tantum portent arma, cum quibus se defendere possint ab inimicis, et illa nullo modo vendere barbaris, adiutare^d nec donare. De lignamine autem promittimus ut portare non debeamus ulmos, asses, spatulas, remoras, astas nec aliud lignamen, quae ad nocumentum sint christianis, nisi tantum portare debeamus insubli de fraxino, qui sint longi pedes quinque et lati uno semisse tantum, non amplius, et conchas, catinos, et napos et asses de albaro similiter longos pedes quinque et semis. Et de nullis locis, postquam de portu nostro Venetiae exierimus, lignamen sumere non debeamus, quod ad utilitatem navis esse possit, que venundari barbaris valeamus per aliquam occasionem. Quodsi ullo tempore contra

^a sic. si legga damnitatem come in Cessi.

^b Cessi integra la lacuna con eius.

^c atque hoc per in Cessi.

^d omissio in Cessi.

presentem promissionem ire tentaverimus et arma vel lignamen in Sarracenorum terra[m] portare presumpserimus aliter nisi tantum, sicut supra dictum est, qui hoc facere presumpserit et fuerit clarefactum, componat vobis domino Petro duci, seniori nostro, et successoribus vestri auri obrizi libras centum, et si eas ad componendum non habuerit, capitalem subire debeat sententiam.⁶ Et hec promissionis carta perpetualiter in sua plenissima permaneat firmitate. Et notum siquidem facimus, quia hoc tempore, antequam missus sancti imperii ad nos venisset, erant conzatae tres naves ad ambulandum, duae ad Megadia et una ad Tripolim,⁷ considerantes itaque paupertatem⁸ illorum hominum, licentiam eis tribuimus portandi insublos et asses et conchas atque scutellas et caetera minutalia; aliud autem lignamen, quod superius legitur, minime^c concedimus ad portandum. In antea vero nullus presumat aliud lignamen in terras Saracenorum portare, nisi tale, quale in ista promissionis carta legitur. Si^f quis aliter facere presumpserit, infrascripto prostimo vel supradictae sententiae subiaceat. Ego Vitalis patriarcha manu mea subscripsi. Ego Marinus episcopus manu mea subscripsi. Ego Dominicus Maureceno. Ego Stephanus Coloprino. Ego Dominicus Urseolo. Ego Petrus Urseolo.⁹ Ego Petrus Bragadino. Ego Iohannes Andreadi. Ego Dominicus Rosso. Ego Albinus. Ego Petrus Florentio. Ego Iohannes. Ego Petrus. Ego Ioannes. Ego Dominicus Florentius. Ego Ioannes Faletro. Ego Pantaleo. Signum manus Ioannacii Baio, qui hoc fieri rogavit. Signum manus Dominici Barbadici, qui hoc fieri rogavit. Signum manus Ioannis Cavallo, qui hoc fieri rogavit. Signum manus Dominici Marignoni, qui hoc fieri rogavit. Signum manus Iohannes Caisolo, qui hoc fieri rogavit. Signum manus Iohannis Mauro, qui hoc fieri rogavit. Signum manus Dominici Sturladi, qui hoc fieri rogavit. Signum manus Laurencii Sturladi. Signum manus Laurencii Magiscoli, qui hoc fieri rogavit. Signum manus Petri Renzi.⁸ Signum manus Dominici Natalis. Signum manus Dominici Iohannaceni. Signum manus Petri, filii Petri magistri, qui hoc fieri rogavit. Signum manus Bono Teodani. Signum manus Mengadacceppo. Signum manus Ioannis Fumaria. Signum manus Nello Barino, qui hoc fieri rogavit. Signum manus Leo Torcellensis. Signum manus Dominici Occonico. Signum manus Ioannis fratris eius. Signum manus Martini Martini Vitaliani. Signum manus Dominici Navigaioso. Signum manus Ioannaceni Partegradado. Signum manus Dominici Barbani. Signum manus Truno Menio.¹⁰ Signum manus Iusti Marignoni. Signum manus Leonis Rosso. Signum manus Dominici Stornato. Signum manus Martini, filii Ioannis Martini. Signum manus Etillarii. Signum manus Ioannis, filii Ioannis Marani. Signum manus Tino Sartoris. Signum manus Dominici de Succucullo. Signum manus Ioannis Vestoris. Signum manus Ioannis Spesso. Signum manus Ioannis Tarvisano. Signum manus Petri, filii Bondandini. Signum manus Ursi Barbadici. Signum manus Ioannis da Figario. Signum manus Vitalis Marineschi. Signum manus Ioannis Marini. Signum manus Dominici Iubiani. Signum manus Vitalis Tentoressi. Signum manus Luparii, filii Ioannis Lupareni. Signum manus Viti, filii Ioannis Pepo. Signum manus Dominici Feolo. Signum manus Petri Fumaria. Signum manus Dominici Marnescho. Signum manus Ioannis Plaseghi. Signum manus Turdo Matalardo. Signum manus Iustiniani de Castello. Signum manus Lei Cosparii. Signum manus Vitalis Partegori. Signum manus Dominici Fuschelli, qui hoc fieri rogavit. Signum manus Ioannis de Mollino. Signum manus Marini Memnoni. Signum manus Lei a liberto. Signum manus Dominici Maliani in cucho. Signum manus Marini Molani. Signum manus Nelli Vigili. Signum manus Ioannis, filii Dominici Pauli, de Dorsoduro. Signum manus Dominici Pauli, qui hoc fieri rogavit. Signum manus Dominici Iusti. Signum manus Marci Raganarii. Ego Ioannes de S. Paulo manu mea subscripsi. Ego Marinus, diaconus et notarius, complevi et roboravi.¹¹

^c Cessi aggiunge eis.

^f Cessi fa precedere Et.

^g reni etc. in Cessi.

NOTE STORICHE

¹ L'inchiesta effettuata dai messi bizantini a Venezia in questa occasione è da inquadrare nell'ambito delle relazioni istituzionali tra Bisanzio e Venezia, la cui natura, effettiva o formale, rappresenta a questa altezza cronologica un tema classico e dibattuto della storiografia sul ducato venetico. Si veda da ultimo RAVEGNANI 2006, pp. 47-75.

² Su Pietro IV Candiano si veda documento Venezia 18 nota 4.

³ Su Vitale III Candiano, figlio di Pietro IV e patriarca di Grado si veda documento Venezia 26 e nota 9.

⁴ Diversamente dal divieto di commercio degli schiavi, in forma di constitutio emanata dal duca (Venezia 18), questo divieto di commercio del legname cantieristico ha la forma di una promessa fatta dai Veneziani al duca. Alcuni storici hanno voluto vedere in tale promissio il segno di un rapporto tra fideles e senior mutuato dalle istituzioni vassallatico-beneficarie del regno. MOR 1964, pp. 132-134. Di parere contrario è Stefano Gasparri in GASPARRI 1997, p. 76, che associa la forma della promissio effettuata dalla assemblea veneziana alle coeve esperienze di iniziativa politica autonoma dei cives delle città del regno italico.

⁵ Sui contatti tra Venezia e il mondo arabo si veda più sotto nota 7.

⁶ Nella documentazione pubblica anteriore al mille, la pena capitale (e la mutilazione) è prevista nel presente documento e nel documento Venezia 18 e 31.

⁷ La antica città di Megadia è l'attuale al-Mahdiyyah. La frequentazione da parte dei Veneziani del Mediterraneo occidentale presso le coste della Spagna e del nord Africa è documentata anche per i secoli precedenti. Si vedano le fonti menzionate in CESSI 1963, pp. 127-130 e LUZZATO 1964. Sulle origini del dinamismo commerciale veneziano si veda quanto scritto alla nota 6 del documento Venezia 18.

⁸ Non tutti concordano nell'interpretare questa paupertas come povertà materiale degli uomini a bordo delle navi. Si veda infatti BERTO 2014, p. 213.

⁹ Tale Pietro Orseolo sarebbe forse da identificare con il futuro duca Pietro I Orseolo. Su di lui si veda documento Venezia 20 e nota 2.

¹⁰ Secondo Andrea Castagnetti, Truno ovvero Tribuno Menio sarebbe da identificare con il futuro duca Tribuno Menio. CASTAGNETTI 1992b, p. 625. Su di lui si veda documento Venezia 24 e nota 1.

¹¹ Per l'analisi onomastica dei sottoscrittori del presente atto si rimanda alla nota 14 del documento Venezia 18.